Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Ornabis urbem romulam.
Ditabis ærem principis.
Fies æ ipse ditior:
Ridemur exclamat fremens
Prefectus. ac miris modis
Per tot figuras ludimur.
Et uiuit insanum caput.
Impune tantas furifer
illusione
Strophas. cauillo mimico
Te nexuisse existimas
Dum scurra satas fabulam
Concinna uisa urbanitas
Tractare nosmet ludicris
Egon cachinnis uenditus
gloriosus ludus
Acroma festiuum fui.
seuerias
Adone nulla austeritas
Censura nulla est fascibus
Adone securim publicam
Mollis retundit lenitas.
Dicis libenter oppetam.
Optiua mors est martyri
Est ista uobis nouimus
Persuasionis uanitas.
Sed non uolent impiti
Prestetur ut mortis serte
breuis
Compendiosus exitus
Perire raptim non dabo.
Vitam tenebo æ differam
Penis morarū iugibus
infinibilis
Et mors inextricabilis
Longos dolores protrahat.
Prunas tepentes sternite
He feruor ignitus nimis
Os contumacis occupet
Et cordis intrit abdita.
Vapor senescens languet.
Qui fusus afflatu leui
Tormenta sensim temperet
Semustulati corporis.
Bene ē quod ipse ex omnibus
Misteriarches incidit.
Hic solus exemplū dabit
Quod mox timere debeant.
Conscende constructum rogū
Decumbe digno lectulo.
Tunc si licebit dispirta
Hil esse uulcanū meū;
Hec fante prefecto. truces
Hinc inde tortores parant
Iudaic amictū martyrem
Vincire membra æ tendere.
Illos decore splendit
Fulgorq; circumfusus est.
Talem reuertens legifer
De monte uultum detulit.
Iudea quē plebs auro
Boue inquinata æ decolor
Expauit. æ faciem retro
Dotorsit. inpatiens dī.
Talemq; æ ille pretulit
Oris coruisci gloriam
Stephanus. p imbrē saxeum
Celos apertos intuens.
Illuminatū hoc eminus
fuit